

5-13-13-3

MARTINI
BONACINÆ
 MEDIOLANENSIS,
 S. THEOLOGICÆ, ET I. V. D.
 COMITIS PALATINI,
 ET VTRIVSQUE SIGNATURÆ
 REFERENDARII APOSTOLICI,
 OPERVM DE MORALI THEOLOGIA,
 ET OMNIBVS CONSCIENTIÆ NODIS,
 TOMVS SECVNDVS;

Quo de Legibus, deque Decalogi & Ecclesie præceptis, itemque de Restitutione
 & Contractibus accuratè disseritur.



ANTVERPIÆ,
 Apud IOANNEM MEVRSIVM
 ANNO M. DC. XXXV.
 Cum Gratia & Privilegio.

I

TRACTATUS
DE LEGIBVS.
DISPVATIO PRIMA.

De Legibus in genere, & in particulari.



VM vsu receptum sit, & moribus Doctorem comprobatum, vt ea primo loco differantur, quæ ad aliorum cognitionem vsam, & aditum parant, operæ præteritum duxi, de Legibus in vniuersum in primis disputare, cum illis veluti luminibus prædemonstretur via, & aditus pateat ad dignoscendos latentis moralis Theologie sinus, & recessus, itaque, vt debito progrediar ordine, vniuersam de Legibus in genere disputationem in tres partiar quæstiones.

In I. de iis, quæ pertinent ad legem præceptiuam, & poenalem, & ad ipsius cessationem.

In II. de dispensationibus, quibus homo à legis enere, & obligatione eximitur.

In III. de privilegijs. Sed prius

Præmittendum est primò, legem, iuxta D. Thomam p. 1. *quest. 90. art. 1. Valent. 1. d. 7. q. 1. punct. 1.* [Paulum Layman *lib. 1. tract. 4. c. 1. Reginald. lib. 13. num. 10. Suarez, Salas, Molfesum, & alios loco citandis,] dici à legendo, eò quòd homines ligentur, seu obligentur legibus ad aliquid præstandum, vel omittendum. Propterea à lex in Scriptura appellatur *vinculum, & iugum, Psal. 2. Dirumpamus vincula carum, & præuiamini à nobis iugum iusserunt.**

Secundò legem, iuxta Ildorum 2. *Etymologiarum, cap. 12. Toletum lib. de septem vitijs, c. 21. Clauem Regiam lib. 3. cap. 1. c. 1. dicit à legendo, eò quòd lex e datur, & scribitur, vt legi possit, vel vt sepius legatur ad instructionem, & illustracionem mentis, iuxta illud Psalini 18. Preceptum Domini lucidum illuminans oculum quamquam non est de ratione legis, vt scribatur, nam sicut consuetudo vim legis habet, & obligat, etiam si non scribatur, ita etiam lex potest vim legis habere, & obligare, etiam si in scriptis non sit expressè, ita regulares tamen per scripturam exprimi consuevit ob allatam rationem.*

Tertiò, iuxta Marcum Tullium 1. *de Legibus, legem suam trahere originem à deligenda, quatenus docet quamnam deligenda & eligenda sint. Idem docet Sotus 1. de iust. quest. 2. art. 1. Alfonso à Castro lib. 1. de potestate legi poenali cap. 1. Clauis Regia loco citato. [Salas *diffus. 1. de legibus sect. 1. Petrus de Larca in tract. de legib. vers. vocat hinc. Molfes in summa tract. 9. c. 1. n. 11. Layman lib. 1. tract. 4. c. 1. n. 1.]**

Quartò, legem varijs nominibus appellatam à Latinis nomine *lex* aliquando appellatur: cum quia lex de iure, & præscribit quòd iustum est: tum quia vnicuique tribuit quòd suum est, iuxta definitionem iustitiae, quam in tractatu de retributione diximus esse veritatem tribuente in vnicuique suum. *1. iustitia. ff. de iustitia & iure, tum quia consistit in iustione, ac imperio. Ita Suarez lib. 3. de legibus, cap. 2. & alij DD. citari. Aliquando nuncupatur *constitutio, aut statutum, aut sanctio. Quamquam, propriè loquendo, non est idem lex, & statutum: nam lex propriè dicitur illa, quæ fertur à Principe supremo, vti Papa, Imperatore, Rege, vel à toto Populo. Statutum dicitur illud, quòd fertur à Principe inferiore, vel à Populo subdito Principi, vt sunt statuta nonnullorum oppidorum, aut ciuitatum, exempli gratia, Mediolani, Nouocomi, Mendocitiz. Ita Azor *part. 1. lib. 5. cap. 1. quest. 3. & alij communiter.***

Ab Hebraeis dicitur *torah*, quod significat docere, & ordinare ea, quæ præstanda sunt, vt docet Valentia p. 2. *diff. 7. quest. 1. punct. 1.*

A Græcis appellatur *νόμος*, quod significat pascere, & instruere. Ita Salas p. 2. *tract. 24. diff. 1. sect. 3. nu. 8. Azor loco citato, questio 1. & alij.*

His breuiter præmissis accedendum est ad ea, quæ primo loco proposuimus explicanda.

QVÆSTIO PRIMA.

PVNCTVM I

Quæ sit lex.

VNICA PROPOSITIO

LEX verò definitur, nam Statuta lib. 1. de legibus c. 21. 1. Lex est illa, quæ de iure obligat, & præscribit quòd iustum est, & tribuit quòd suum est, iuxta definitionem iustitiae, quam in tractatu de retributione diximus esse veritatem tribuente in vnicuique suum. *1. iustitia. ff. de iustitia & iure, tum quia consistit in iustione, ac imperio. Ita Suarez lib. 3. de legibus, cap. 2. & alij DD. citari. Aliquando nuncupatur *constitutio, aut statutum, aut sanctio. Quamquam, propriè loquendo, non est idem lex, & statutum: nam lex propriè dicitur illa, quæ fertur à Principe supremo, vti Papa, Imperatore, Rege, vel à toto Populo. Statutum dicitur illud, quòd fertur à Principe inferiore, vel à Populo subdito Principi, vt sunt statuta nonnullorum oppidorum, aut ciuitatum, exempli gratia, Mediolani, Nouocomi, Mendocitiz. Ita Azor *part. 1. lib. 5. cap. 1. quest. 3. & alij communiter.***

Ab Hebraeis dicitur *torah*, quod significat docere, & ordinare ea, quæ præstanda sunt, vt docet Valentia p. 2. *diff. 7. quest. 1. punct. 1.*

A Græcis appellatur *νόμος*, quod significat pascere, & instruere. Ita Salas p. 2. *tract. 24. diff. 1. sect. 3. nu. 8. Azor loco citato, questio 1. & alij.*

His breuiter præmissis accedendum est ad ea, quæ primo loco proposuimus explicanda.

LEX in præcedentibus nominibus etymologice, vt vellegis Aristoteli, & Iustitiam, vel naturam, & quædam agendi debemus. Quam obrem ad hæc quæstionem expurcatur

Primo, quid sit lex.
Secundò, quomplex.
Tertiò, quæ possit legem condere.
Quartò, quænam cessationes ad legem recipiant.

TABUL.

Quæ sit lex, & natura legum.
Secundò, de felicitate
Tertio, de eorum.
Quartò, quomodo describenda lex humana.
Notæ, quibus actibus faciant præcepta
Deinde, an requiratur iustitia ad iustitiam legem.
Vnde, de dispensatione de causa, & modo, quibus lex, & ipsius obligatio cessat.